

**LETTERE DEL MONDO A DIO: UNO SCAMBIO FITTIZIO DAL MS. REIMS,  
BIBLIOTHÈQUE CARNEGIE, 1275 (J. 743)**

**Nota al testo**

La coppia di lettere qui edita, oltre che dal ms. Reims, Bibliothèque Carnegie, 1275 (J. 743) (= R), è trådita dal ms. Pommersfelden, Gräfllich Schönborn'sche Schloßbibliothek, 189 (= P); si trovava inoltre nel *deperditus* ms. Lübeck, Bibliothek der Hansestadt, Var. 152, miscellaneo quattrocentesco di *dictamina* (descritto in SCHALLER 2002, pp. 172-176).

Mentre il codice di Reims è stato vergato in area francese verso l'ultimo quarto del Duecento, il manoscritto di Pommersfelden risale al quattordicesimo secolo ed è stato redatto in Italia o nel sud della Francia. Pergamenaceo in gotica libraria di 97 fogli (220 x 160 mm), si tratta di una miscellanea che registra *dictamina* di varia provenienza (Trasmondo, Tommaso di Capua, Pier della Vigna, Richard de Bury), insieme ad una maggioranza di testi ancora inediti; ai ff. 87r-97r, copiato da una seconda mano, è trasmesso poi il *Morale somnium Pharaonis* di Jean de Limoges, opera esegetico-epistolare riferita all'episodio biblico del sogno del faraone (*Gn.* 41) e largamente diffusa come repertorio di modelli dittaminali.

I due codici non condividono solo le due lettere, ma l'intero gruppo di esercizi stilistici, trasmessi anche nella stessa sequenza. Già Hampe, che li impiegò entrambi per l'edizione dei modelli di stile (MGH, 1926), notava che il testo risulta quasi sempre corrispondente.

Per quanto riguarda le due lettere qui editate, tuttavia, il testo di P risulta in vari luoghi migliore rispetto a quello di R, come si può vedere in apparato: oltre a lezioni decisamente più corrette dal punto di vista grammaticale, presenta infatti spesso delle varianti più conformi al *cursus* e alla codificazione stilistica dittaminale.

Le citazioni dirette dalla Bibbia sono poste tra virgolette alte, con la fonte indicata tra parentesi nel corpo del testo. La foliazione di P non è indicata poiché i numeri delle carte non sono visibili nella riproduzione consultata né sono disponibili nella descrizione fornita dal catalogo di Schaller, in cui i due testi occupano rispettivamente la posizione n. 162 e n. 163 della raccolta.

## 1.

*Tra incendi, terremoti e guerre, il mondo sente che la sua fine è vicina e chiede perciò a Dio di risparmiarlo.*

**R** = Reims, Bibliothèque Carnegie, 1275 (J. 743), ff. 34vb-35ra; **P** = Pommersfelden, Gräflich Schönborn'sche Schloßbibliothek, 189 (n. 162).

Piissimo et gloriosissimo<sup>a</sup> deo visibilium et invisibilium omnium creatori<sup>b</sup> viventi atque regnanti in secula seculorum<sup>c</sup> mundus sui humilissima creatura recommendationem et eius misericordiam gratiam<sup>d</sup> obtinere.

Flere me convenit et dies meos ad inferos deponere cum merore.<sup>1</sup> Decet<sup>e</sup> me gemitus et suspiria sumere et cunctas delicias et gaudia preterire. Lux enim mea cito vertetur in tenebras<sup>2</sup> et gaudium transibit in luctus,<sup>3</sup> quia finis meus cum magnis angustiis appropinquat. Heu me, quid dicam aut quid faciam, miser? In quantis deliciis creator omnium me creavit! Solem, lunam et stellas ad serviendum mei constituit et omnes creaturas, animalia, volucres et reptilia imperio meo subiugavit;<sup>4</sup> auro et argento et lapidibus pretiosis me mirifice decoravit, et ideo putabam<sup>e</sup> me cum ipso in eternum manere. Nunc autem peccatis meis exigentibus video et signa prodeunt manifesta creatorem meum erga me et creaturas suas esse plurimum indignatum, me sicut credo aliquatenus non culpantem. Video enim solem, lunam et stellas obscurari, terre motus per loca varios et diversos, et regnum contra regnum acriter resilire<sup>h</sup>.<sup>5</sup> Qua omnia manifesta<sup>i</sup> sunt indicia finis mei, testante eloquio creatoris, “cum videritis hec omnia<sup>j</sup>, scitote quia prope est regnum dei” (*Lc.* 21, 31). Quid igitur dicam aut quid faciam? Quis me consolabitur in tantis angustiis constitutum, cum fuerim ad omnia<sup>k</sup> floridus et nunc expecto in igne<sup>l</sup> totaliter concremari? Quero igitur misericordiam a summo opifice<sup>m</sup> in cuius providentia cuncta consistunt, ut a me et a suis creaturis furorem suum<sup>n</sup> eripiat et finem meum dignetur misericorditer elongare<sup>o</sup>.

---

<sup>a</sup>glorioso R : gloriosissimo P | <sup>b</sup>creatori P : creaturam R | <sup>c</sup>in secula R : in secula seculorum P | <sup>d</sup>gratiam P : dei gratiam R | <sup>e</sup>decet R : oportet P | <sup>f</sup>et R : om. P | <sup>g</sup>putavit R : putabam P | <sup>h</sup>resilire R : resilere P | <sup>i</sup>qua omnia manifesta R : que omnia manifeste P | <sup>j</sup>omnia R : verba P | <sup>k</sup>ad omnia R : super omnia P | <sup>l</sup>in igne R : me igne P | <sup>m</sup>opifice R : pontifice P | <sup>n</sup>ut a me et a suis creaturis furorem suum P : ut me a sui creatoris furore R | <sup>o</sup>elongare R : prolongare

---

<sup>1</sup> «Deducetis canos meos cum merore ad inferos» (*Gn.* 44, 38 e 44, 29).

<sup>2</sup> «Dies ille vertatur in tenebras» (*Gb.* 3, 4).

<sup>3</sup> «Defecit gaudium cordis nostri; versus est in luctum chorus noster» (*Lam.* 5, 15).

<sup>4</sup> Si veda l'ordine della Creazione in *Gn.* 1, 14-20 (sole, luna, stelle e animali, di cui rettili e uccelli).

<sup>5</sup> I segni della fine ricalcano gli episodi evangelici della Crocifissione. Per l'eclissi vd. ad es. *Mt.* 24, 2 («Statim autem post tribulationem dierum illorum sol obscurabitur, et luna non dabit lumen suum, et stellae cadent de caelo»); per i terremoti e le guerre cfr. *Mc.* 13, 8 («Consurget enim gens in gentem, et regnum in regnum et erunt pestilentiae et fames et terraemotus per loca»), ma anche *Mt.* 24, 7-8 e *Lc.* 21, 11.

## 2.

*Dio risponde al mondo con la promessa di rimmetterlo dai suoi innumerevoli peccati e di salvarlo dalla fine.*

**R** = Reims, Bibliothèque Carnegie, 1275 (J. 743), 1275, f. 35ra; **P** = Pommersfelden, Gräfllich Schönborn'sche Schloßbibliothek, 189 (n. 163).

Non est mirum si mundus tremit et finem suum cum merore et mesticia prestolatur. Meruit enim mille iam annis elapsis terminum sue essencie complevisse<sup>a</sup> et finem suum ignis et combustionis incendiis terminasse.<sup>1</sup> Expulso enim a celo principe mortis, mundum<sup>b</sup> suo imperio subiugavit. Mundus enim<sup>c</sup>, meis ad omnia spretis iussionibus et mandatis illius fatalis suggestionibus et iniquis totis viribus diligenter adhesit et die nocteque<sup>d</sup> ipsis operibus totaliter obedivit, ita ut prophete mei variis penis et cruciatibus morerentur; me etiam, postmodum ab arce patris personaliter venientem<sup>e</sup>,<sup>2</sup> pertulit morti turpissime subiacere. Apostolos etiam<sup>f</sup> et martyres universos, quos pro salute mundi constituit, passus est a suo principe effuso sanguine [cruciari]<sup>g</sup>. Nunc autem pseudoprophetas et hereticos qui gentibus predicant contra fidem falsum,<sup>h</sup> nutrit penitus et gubernat.<sup>3</sup> Decet<sup>i</sup> me enim<sup>j</sup> ad eius finem quam citius<sup>k</sup> properare et sanctorum meorum preces ante thronum nostrum die nocteque<sup>l</sup> clamantium exaudire, “vindica domine sanguinem nostrum” (*Ap.* 6, 10), deus noster. Sed istud mundo de gratia repromitto, ut cum ille purgatus fuerit a delictis, cum sanctis et electis meis in celo pacifice requiescet<sup>m</sup>.

---

<sup>a</sup>cumplevisse R : complevisse P | <sup>b</sup>mundum P : mundo R | <sup>c</sup>enim R : autem P | <sup>d</sup>nocteque R : noctuque P | <sup>e</sup>venientem P : veniente R | <sup>f</sup>etiam P : *omitt.* R | <sup>g</sup>passus est a suo principe effuso sanguine *mss.* : *con.* passus est a suo principe effuso sanguine cruciari | <sup>h</sup>qui gentem predicant contra fidem falso *mss.* : *corr.* qui gentibus predicant contra fidem falsum | <sup>i</sup>decet R : oportet P | <sup>j</sup>enim P : ego R | <sup>k</sup>ad eius finem quam citius P : ad finem totius R | <sup>l</sup>nocteque R : noctuque P | <sup>m</sup>requiescet R : requiescam P

---

<sup>1</sup> «Cum consummati fuerint mille anni solvetur Satanas de carcere suo (...) et descendit ignis a Deo de caelo et devoravit eos» (*Ap.* 20, 7-10).

<sup>2</sup> Si tratta di una locuzione registrata per la prima volta in VENANZIO FORTUNATO, *Carmina*, II, 2 («Missus est ab arce patris natus orbis conditor»), ma probabilmente più nota attraverso la mediazione di ALCUINO, *Carmina*, II, 15 («Ecce Dei veniens agnus ab arce patris»). Cfr. poi l'antifona dei Vespri *In vigilia Natalis Domini* in GREGORIO I, *Liber responsalis*: «Descendit de coelis missus ab arce Patris».

<sup>3</sup> Cfr. 1 *Gv.* 4, 1: «Carissimi, nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus si ex Deo sint, quoniam multi pseudoprophetae prodierunt in mundum».